



Fundamenta, quibus sancta mater Ecclesia Romana loquitur, et utitur.

Proposuit, docet, et monet.

Et cum indulgentijs inuitat.

Imo et praecipit dici et celebrari immaculatam Conceptionem Beatae Mariae. V.

1.^o.
Loquitur, et utitur.

Communis usus Romanorum Pontificum in suis apostolicis Bullis, ut Sixtus IV. et Innocentius VIII. Ordinem cum titulo sanctae, atque immaculae Conceptionis insidentes, Alexander VI. et in particulari Julius II. die 17. Septembris anni 1511. cum officio proprio illam approbantes, ac privilegij, gratijs, et indulgjs corroborantes, et fauentes. Leo X. apud sanctum Petrum die 18. Februarij anni 1518. et alij summi Pontifices illam decorantes, et confirmantes. ~.

Gregorius XV. die 4. Decembris anni 1621. in Bulla qua incipit. Super eminenti. potestatem facit ut insisteretur collegium fratrum minorum conuentualium sancti Francisci in conuentu sancti Laurentij Maioris, ciuitatis neapolitana, sub patrocinio immaculae Conceptionis B. Virginis, et sancti Bonaventurae.

2.^o.
Proposuit, docet, et monet.

Sixtus IV. in extraganti. Praxe nris, titulo de reliquijs et Veneratione Sanctorum. ibi. Immaculatae Conceptionis officium celebrantes. et in Extraganti. cum praexaltata eodem titulo, docet, Conceptionem miram esse, et toti Ecclesia proponit, et monet particulare officium Conceptionis recitandum. prout a nobis (inquit Sixtus) emanauit. ubi saepe immaculatam Conceptionem, et sine peccato originali affirmat; nam in uerbis ad uesperas, sic habet. Immaculata Conceptio est hodie s. Mariae Virginis. P. Cuius uita etc. et inuitatorium ad matutinum. Immaculatam Conceptionem Virginis Mariae celebremus. Christum eius praeseruatorem adoremus Dominum. Et in secundis uesperis. antiphona V. Haec est uirga, lingua nec nodus originalis, nec cortex actualis culpa fuit. et in oratione. Deus qui per immaculatam uirginis Conceptionem p. ab omni labe praeseruaisti f. qua quidem oratio in antiquioribus missali, et Breviario romano per integros 102 annos a tempore Sixti. IV. usque ad Pium. V. in Ecclesia recitabatur; quae omnia sacro Concilio Tridentino sessione. 5. approbante corroborata, ac confirmata fuerunt. ibi. sed obseruanda esse constitutiones felicis recordationis Sixti. IV., quae haec sancta synodus in nouat.

Hoc ipsum Immaculatae Conceptionis officium ipse Pius Papa V. Ordinis S. Dominici, concessit familiae franciscanae. et multi alij Romani Pontifices idem confirmauerunt, Pius Papa V. denuo approbante, et Roma superiorum permittu in reuerenda Camera Aplice Hypographia anno 1515 exuatum habemus.

Ex quo obiter, et euidenter colligitur, quod Pius V. praedictum Conceptionis officium omnino demouerat, ex eo solum, quod in reformatione antiqui breuiarii romani per legem generalem omnia

officia, quae ducentis ante annos introducta fuissent, valuerit ad antiquum morem
ut fecit etiam in officijs s.^{tae} Annae, Praesentationis B. Mariae, et sic de alijs. Quae
debet dicere, quod tunc in hoc Conceptionis officio per centum annos recitato, eccle-
sia sancta, et immaculata repetitur Ecclesia celebrabat sanctitatem in primo
modo autem non quia Pius v. mutavit officium? Ecce igitur qualiter ipse et
alii summi Pontifices usque ad Paulum v. imo usque ad presentem diem fami-
liarum, et alijs, ut authenticum, veracem, recitandum indulserunt. Quod non
posset, si semel ut minus bonum à sede Apostolica reiectari valuisset.

3.
Cum indulgentijs inuitat.

Sixtus IV. supra citatus in Extravaganti. Cum praeeclata, concessis recitanti-
bus praedicto Immaculatae Conceptionis officio: Condem prorsus indulgentiam (verba
Extravagantis) et peccatorum remissionem, quam iuxta felix recordationis Urbani
in Concilio Viennensi approbatam, ac Martini v. et aliorum Romanorum Pontificum
errorum suorum Constitutiones, consequantur illi, qui officium Corporis, et sanguinis
Christi dicunt, celebrant, aut intersunt. ~.

Alexander. VI. Julius II. Leo. X. supra citati, ac plures alij praedictam religionem
et officium Immaculatae Conceptionis approbantes, non paucas indulgentias concessit
alias de novo ampliarunt. ~.

Paulus v. apud s. Mariam maiorem die x. Julij anni 1615. concessit centum dies
dierum cuiuscumque dixerit antiphonam approbatam ipsius B. Mariae Conceptionis
antiphona postea fuit assignata, et Hypis mandata: Hac est Virgo, in qua

Et in ipsius Pauli v. indulgentijs, Ducissa de Alburquerque Catholici Regis
cessas, die 23. Aprilis anni 1621. in n. 1.º sic. Quoties quis dixerit. Bene dictis-
sima illa, et Immaculata Conceptio Virginis Mariae, centum dies indulgentiae
Et n. 2.º sic proseguitur. Quoties quis Circulum, aut Coronam Beatae Mariae
in eius purificatione, et immaculatae Conceptionis honorem; decem annos indulgentiae
sequatur; et applicari possint anima in purgatorio existenti, per modum suffragii.

Gregorius xv. in suis indulgentijs die 18. Maii concessis anni 1622. ad petro-
nitam de Monterey ipsius Catholici Regis Extraordinarij Oratoris in n. 4.º
Quoties quis bene dixerit, aut laudaverit Immaculatam Conceptionem sanctae
Virginis Mariae sine peccato originali, dicens; benedicta sit Immaculata Conceptionis
Virginis. lucretur annos decem indulgentiae. Et in numero 12.º idem, et
Indulgentias ampliauit.

Leo S. D. noster Urbanus Papa octavus anno 1624. in Bulla fundationis
gionis Militiae Christianae Conceptionis Beatae M. Virg. concedit profitentibus

plenariam peccatorum indulgentiam. Cuius uotum professionis in manibus Sanctissimi (sanctitate sua approbante) Dux Niuernensis his uerbis emisit. Promitto obedientiam superioribus Religiosis immaculatae Conceptionis & et ipse Dominus Dux se sepepius affirmauit, quod Sanctitati suae hic loquendi, seu scribendi modus ualde placeret.



A.
= dici, et celebrari precipit. &

Quia in officio Conceptionis Breviarij romani ex precepto Pij. v. octaua die Xbris celebrando, in reponitorio. s. matutini, sic habet. Sentiant omnes huius inuamen qui cumque celebrant hanc sanctam Conceptionem. Sancta enim Conceptio esse non potest, si immaculata non esset, quia in Concordi doctrina sancti Thomae, et sanctorum Patrum Ecclesia celebrare non potest id quod sanctum, seu immaculatum non est. *
~~Quia in officio Conceptionis Breviarij romani ex precepto Pij. v. octaua die Xbris celebrando, in reponitorio. s. matutini, sic habet. Sentiant omnes huius inuamen qui cumque celebrant hanc sanctam Conceptionem. Sancta enim Conceptio esse non potest, si immaculata non esset, quia in Concordi doctrina sancti Thomae, et sanctorum Patrum Ecclesia celebrare non potest id quod sanctum, seu immaculatum non est.~~

Paulus Papa v. die 31. augusti anni 1617. una cum congregatione Illustrijs Cardinalium generalis et supremae inquisitionis Romanae, in decreto fauorabili conceptio. B. M. V. ab ipso edito. Secuit. decreuit et precipit sanctitas sua, ut in posterum, non audeant in publicis contionibus, sectionibus, conclusionibus, et alijs quibuscumque actibus publicis, afferere, quod eadem B. M. Virgo fuerit concepta cum peccato originali. contrafacientes. &c. Hec ille. ~
Gregorius x. die 24. maij. anni. 1622. idem cum eadem sacra congregatione confirmans, extendit idem preceptum ad actus priuatos, tam uerbo quam scripto his uerbis. ampliat etiam ad priuata uerba et scripta, mandans ac precipiens. &c. Et in super (prosequitur decretum) eadem sanctitas sua, cum sancta Romana ecclesia de Beatiss. Virg. Conceptione festum solemniter et officium celebret, mandat ac precipit omnibus, ut in sacro. s. missae sacrificio, ac diuino officio celebrandis, tam publice quam priuatis, non alio quam Conceptionis nomine uti debeant. Hec ille. ~

ergo isti duo summi Pontifices, conceptionem immaculatam in quibuscumque actibus, tam publicis quam priuatis, tam uerbo quam scripto, ^{ADUINO} taceri uellent, et tantum sub conceptionis nomine celebrari; nemo est qui tale clarius non uideat, ~~quod in rebus publicis sub uocabulo immaculatae~~ sub titulo et nomine immaculatae conceptionis Beatae. Virg. dici et celebrari precipi. &
tunc breuitatis causa alia quam plura. sed satis ex dictis patet, quam extralendum et communem loquendi modum ecclesiae sit, Conceptionem Beatae. V. M. non immaculatam uocare seu nominare. &